Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·SIS·

7

et mortuus est. X

Hec sunt generationes filiorum noe sem
cham et iaphet. Natis sunt eis
filii post diluvium. Filii iaphet
gomer et magog et madai et iavan et tu
bal et mosoch et thiras. Porro filii go
mer ascenez et riphat et togorma. Fi
lii autem iavan elysa et tharsis cethi
et rodanim. Ab his divise sunt insu
le gentium in regionibus suis. unus
quisque secundum linguam suam et familias suas
in nationibus suis. Filii autem cham chus
et mesraim et phut et chanaan. Filii chus
saba et evila et sabatha et regma et sa
batheca. Filii regma saba et dadan.
Porro chus genuit nemroth. Ipse
cepit potens esse in terra et erat robusti
venator coram domino. Ab hoc exierunt
proverbium. Sicut nemroth robustus ve
nator coram domino. Fuit autem prin
cipium regni eius babylon et arach
et archad et chalanne in terra sennaar.
De terra illa egressus est assur et edifica
vit ninive et plateas civitatis et
chale. Resen quoque inter ninive et
chale. Hec est civitas magna. At vero
mesraim genuit ludim et anamim
et laabim et neptuim et phetrusim et chas
luim de quibus egressi sunt philistim et
caphtorim. Chanaan autem genuit
sydonem primogenitum suum et cheth et
iebuseum et amorreum et gergeseum et
euei et aracheum et cyneum et aradium
et symaridum et amadheum. Et postea dispersa
sunt populi chananeorum. Fuitque
fines chanaan venientibus a sy
done usque gazam donec in
ingredaris sodomam et gomorram et
adama et seboim usque usque lesa. Hii filii
cham in cognationibus suis iuxta linguas et
generationes terrarum et gentes suas. De
sem quoque nati sunt patres omnium
filiorum heber fratris iaphet maioris filii se
lam et assur et arphaxat et lud et aram
filii aram us et ul et gether et mes. At
vero arphaxat genuit sale de quo ortus
est heber. Natisque sunt heber filii duo.
Nomen unum phaleg eo quod in diebus
eius divisa sit terra et nomen fratris ei
ectan. Qui ectan genuit helmodad
et saleph et asarmoth et iare et aduram et
uzal et ebedal et abimahel et saba et
ophyr et evila et iobab. Omnes isti filii
ectan. Et fuit habitatio eorum de messa
pe usque sephar montem orien
talem. Isti sunt filii sem secundum cognatio
nes et linguas et regiones in gentibus
suis. Hec familie noe iuxta populos et
nationes suas. Ab his divise sunt
gentes in terra post diluvium. XI

Erat autem terra labii unius et
sermonum eorundem. Cumque
profiscerentur de oriente in
venerunt campum in terra sennaar
et habitaverunt ibi. Dixitque alter ad pro
ximum suum. Venite faciamus lates
et coquamus eos igni. Habueruntque
lateres pro saxis et bitumen pro cemento.
Et dixerunt. Venite faciamus nobis
civitatem et turrim cuius culmen per
tingat usque ad celum et celebremus
nomen nostrum antequam dividamur in
universas terras. Descendit autem dominus
ut videret civitatem et turrim quam
edificabant filii adam et dixit. Ecce
unus de populo est labium omnibus
eorum hoc facere nec desistent a co
gitationibus suis donec eas opere com
pleant. Venite igitur descendamus et
confundamus ibi linguas eorum ut ne
audiat unusquisque vocem proximi sui.
Atque ita dispersit eos dominus ex illo
universas terras et cessaverunt edifica
re civitatem. Ideoque vocatum est no
men eius babel quia ibi confusum est
labium universe terre. Et inde dispersit
eos dominus super faciem cunctarum
regionum. Hec sunt generationes
sem. Sem centum erat annorum cum
genuit arfaxat biennio post diluvium. Vixitque sem postquam genuit ar
faxat quingentis annis et genuit
filios et filias. Porro arfaxat vixit
xxxv annis et genuit sale. Vixitque ar
phaxat postquam genuit sale ccc et tribus
annis et genuit filios et filias. Sale
quoque vixit xxx annis et genuit heber.
Vixit quoque sale postquam genuit heber
cccc tribus annis et genuit filios et
filias. Vixit autem heber xxx tribus
annis et genuit phaleg. Et vixit
heber postquam genuit phaleg cccc